



Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvrvis Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.I.], 1645

§. 11. Ipsos Sapientes à simplicibus erudiri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

314 Cap. XIII. Etiam per simplicissimos

gratias egit, quod ipsum & vicisset, & erudiisset; protestatus, se eadem cum sene sentire. Quin consilium etiam illis dedit, qui perinde erga fidem Christianam, atque ipse antea, affecti erant, adhortatusque est, ut doctrinæ Christianæ assentirentur, jureiurando confirmingans, se non modò non sine diuino Numine mutatum esse; sed etiam vi a virtute quadam inexplicabili ad Christianam fidem conuersum.

§. XI.

Ipsos sapientes à simplicibus erudiri.

Eant nunc Mundi sapientes (quorum tamen non nisi septem numerantur) & spernant simplicitatem. Eant Stoici, Peripatetici, Academicci, & disputationes acutissimas vanitati vendant. Eant & doctissimæ subtletatis Theologi, &c, quæ nemo intelligat, scribant, dicent, explicit. Præ illis Deo, cuius est *cum simplicibus sermocinatio*, Spiri-dones, Pauli Simplices, Simeones Salii, Iacoboni placuerunt. Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Ubi sapiens? ubi Scriba? ubi conqueritor huius seculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius Mundi? Supercilium igitur ponant, qui sibi de magna eruditione tumidè

I. Cor. i.

19.

tumidè plaudunt, ac fastidiosè despunt
ineruditos. Deus sapientissimus, sicut per
simplicitatem Spiridonis, acutissimum So-
phistam conuertit, quem tot ac tanti, in eo-
dem Concilio collecti Patres conuertere
non potuerunt; ita & nunc saepe, per non
admodum doctum, sed pium ac zelosum sa-
cerdotem, plurimos hæreticos ad fidem,
peccatores ad pœnitentiam, pereuntes ad
salutem trahit; cum plurimi Theologiæ
Doctores grandia de Deo loquentes, ne v-
num quidem hominem conuerterint, aut
ad vitam traduxerint meliorem; ne dicam,
conuertere dignati sint. Quod non eò intel-
lectum volo, quasi eruditionem aut erudi-
tos eleuem; sed ne scientia inflati, simili-
ces putent à Deo minùs æstimari; atque ipsi
beneficiis saginati pecunias magis, quam
animas venentur, curámque religionis in-
doctis relinquant; quasi qui plùs sciunt,
minùs facere teneantur; cum, Christo te-
ste, omni, cui multum datum est, multum
queratur ab eo: & cui commen-
dauerunt multum, plius pe-
tant ab eo.

Luc. 12;
14.

C A.